

allēgoria, ae. subs. f. **FORMA** ipsum uocabulum Graecum pro Latino interdum inuenitur; acc. allegorian^{x3} C1C Orat 94. **ETYM** ἀλληγορία. **DLAT** allegoricus, allegorista, allegorizare, allegorumenus. **DRom** cast. alegoría. [FREQ humilis 75^{indicia} 5,6 / d.c.m. 46 C1C] uocabulum scriptis litterariis argumentando praecipue aptum, multo minore numero narrando exponendo, usibus mediis; scriptis technicis ad oratoriam pertinentibus quoque apparet; a saec. I aec. timide inuenitur, saec. I ec. ab scriptoribus technicis usitatum est, in fine Antiquitatis praeualet Christianis auctoribus anagogen hermeneumata interpretationesque abunde concinnantibus.

VARIATIO OPERUM		indicia	p/d.c.m. subc.
	exponendo	2	0,72
	narrando	6	1,2
	argumentalis	67	14
DIACHRONICA	I aec.	1	0,45
	I-II ec.	16	4,1
	III-V ec.	58	8,5
DIAPHASICA	media	75	7
DIASTRATICA	litteraria	60	5,6
	technica	15	5,7
MODUS	prosa	75	6,5

¶ **a** RHET tropum designauit per quem sententia quaedam per imagines exprimitur; cum metaphora coniuncta est, a qua in eo differt, quod ea rem aliquam per uocabulum refert quod aliam rem designat; sed allegoria, cum sententiam exprimit, continua et elongata in oratione est; ipsum uocabulum a Cicerone in Oratore introductum est, allegoriam inter translationes collocante, id est similitudinis figuras, Quintiliano uero inter inuersiones • *designó la alegoría, figura retórica mediante la cual se expresa un pensamiento a través de imágenes; está relacionada y es a la vez distinta de metaphora, pues esta expresa una referencia a través de una palabra que designa una referencia distinta; alegoría, por su parte, al constituir la expresión de un pensamiento, es prolongada en el discurso (continua); el término fue introducido por Cicerón en el Orator, incluyendo allegoria dentro de las translationes o figuras de imagen; Quintiliano por su parte la incluye entre las inuersiones* [HYPER tropus SIM alieniloquium] 46 C1C Orat 94. cum fluxerunt continuo plures translationes, alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci appellant allegorian: nomine recte, genere melius ille qui ista omnia translationes uocat. 95 QUINT Inst 9.2.46. allegorian facit continua metaphora. 8.6.44. allegoria ... inuersionem interpretantur. 𐌚 GLOSS 3.488.14. figurata dictio. 4.206.1. aliud pro alio significans, id est similitudo.

perfecta siue tota esse poterat, eo ut in allegorica sententiae collocatione illius indicia absint; uel imperfecta siue permixta apertis, cui lexica indicia ad sententiam exprimentam pertinentia inferantur • *podía ser perfecta (tota), de manera que en la expresión alegórica de un pensamiento no se encuentren rastros relacionables con este; e imperfecta (permixta apertis), en la que se incorporan rastros léxicos que responden al pensamiento que se quiere transmitir* 95 QUINT Inst 8.6.47. habet usum talis allegoriae frequenter oratio, sed raro totius; plerumque apertis permixta est.

ab aenigmate in eo differt, quod, quamuis cum allegoria coniunctum est, difficile est rem significandam inuenire • *se diferencia del enigma en que, siendo este un tipo de alegoría, es difícil encontrar el referente* 95 QUINT Inst 8.6.52. allegoria quae est obscurior «aenigma» dicitur, uitium meo quidem iudicio si quidem dicere dilucide uirtus. 𐌚 SACERD 6.462.19. aenigma uel griphus est dictio obscura, quaestio uulgaris, allegoria difficilis, antequam fuerit intellecta, postea ridicula, ut est «mater me genuit, eadem mox gignitur ex me», de glacie, quae de aqua procreata aquam soluta parit. ISID Orig 20.37.26. Inter allegoriam autem et aenigma hoc interest, quod allegoriae uis gemini est et sub res alias aliud figuraliter indicat; aenigma uero sensus tantum obscurus est, et per quasdam imagines adumbratus.

ab ironia in eo differt, quod ea sententiam quandam exprimit per allegoriam contrariam sententiam significantem • *se diferencia de la ironia en que esta expresa el contenido de un pensamiento bajo una forma alegórica cuya interpretación es contradictoria con aquel* (contraria) 95 QUINT Inst 8.6.44. Allegoria, quam inuersionem interpretantur, aut aliud uerbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. 𐌚 CHAR 1.276.4. allegoria est oratio aliud dicens aliud significans per obscuram similitudinem contrarium.

Quintiliano teste collocationes quaedam, quas ille allegoriam denominauit, ad quotidianum sermonem pertinentes transmissae sunt • *por testimonio de Quintiliano se han transmitido algunas expresiones que él llamó allegoria y que pertenecían a la lengua cotidiana* 95 QUINT Inst 8.6.51. allegoria paruis quoque ingeniis et cotidiano sermone frequentissime seruit. Nam illa in agendis causis iam detrita «pedem conferre» et «iugulum petere» et «sanguinem mittere» inde sunt, nec offendunt tamen: est enim grata in eloquendo nouitas et emutatio, et magis inopinata delectant.

lingua tamen communi aspernabilis uidetur quia obscuritatem afferat contra sermonem plane uerum • *sin embargo, en el lenguaje común aparece teñido de un cierto menoscupio por su oscuridad, frente al discurso liso y verdadero* [DOM uelamen, umbra] 208-212 TERT Resurr 20.7. uoces prophetarum nudae et simplices et ab omni allegoriae nubilo purae defendi possunt. 402 HIER Epist 98.10. Quae enim illum ratio, quis disputationum ordo perduxit, ut allegoriae umbris et cassis imaginibus Scripturarum tolleretur ueritatem?

seu quia dolosum studium praebeat • *o por interés torticero* 391 HIER Epist 51.4. Origenes ueritatem historiae, allegoriae deprauans mendacio, infinita uerba multiplicat.

b CHRIS opertaneam Veteris Testamenti praedictionem significauit • *significó la predicción oculta del Antiguo Testamento* [HYPER uaticinium] 207 TERT Adu Marc 5.6.1. Hanc dicit sapientiam in occulto fuisse quae fuerit in stultis et in pusillis et inhonestis, quae latuerit etiam sub figuris, allegoriis et aenigmatibus, reuelanda postmodum in Christo. 5.6.5. Creatori autem competit utrumque, et ante saecula proposuisse et in fine saeculorum reuelasse, quia et quod proposuit et reuelauit medio spatio saeculorum in figuris et aenigmatibus et allegoriis praeministravit. 398 AUG Serm 229R. Lucis nomine per allegoriam omnes iustos atque fideles appellatos intellegimus.

quae id quod in Nouo fieret nuntiabat • *que profetizaba lo que había de suceder en el Nuevo* 412-427 AUG Ciu 15.7. in allegoria prophetica res est. 𐌚 GLOSS 4.525.17. in allegoria in spiritalia.

textus sacri, sicut factum est de Homericis et postea de Vergilianis, pluribus gradibus allegoricae interpretationis subiecti sunt, temporibus et societate ab eis illorum auctorum longe dissimiles, quod interpretationes ab eorum intentionibus distantes fecit; hi gradus historia (res), allegoria (allegorica interpretatio uniuersalis), tropologia (moralis sensus) et anagoge (consecutio schatologica) fuerunt¹ • *los textos sagrados, al igual que ocurrió con los de Homero y luego con los de Virgilio, fueron objeto de varios niveles de interpretación alegórica, realizados en momentos y situaciones sociales distantes de los de sus autores, lo cual motivó lecturas alejadas de las intenciones de aquellos; tales niveles fueron historia (referencia real), allegoria (interpretación alegórica estándar), tropologia (sentido moral) y anagoge (proyección escatológica)*¹ 391 AUG Util 1.3.5. Omnis igitur Scriptura, quae Testamentum uetus uocatur, diligenter eam nosse cupientibus quadrifariam id traditur: secundum historiam, secundum aetiologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam. 𐌚 PHILARG Verg Ecl 5.30. Duplici sensu Bucolica intellegitur, historiae et allegoriae. 𐌚¹ LAUSBERG 900. ISID Orig 6.1.11. Summa autem utriusque Testamenti trifarie distinguitur: id est in historia, in moribus, in allegoria.